¶ Ad intelligendum autem obiectorum notandum quod triplex est amor. scilicet amicitie. quo aliquis alicui optat bonum. Concupiscentie. quo aliquis sibi desiderat aliquid. Et complacentie que aliquis requiescit et delectatur in re desiderata cum presens est. Dico ergo quod charitas amore amicitie nullo modo est amabilis. quod non est beatificabilis. Amore concupiscentie est amabilis ex charitate secundum quod diligens desiderat amplius diligere. Amore complacentie. scilicet quo diligens acceptat ipsam dilectionem qua deum diligit. hoc modo charitas diligenda est secundum quod iam dicitur. eo quod ipsa est bonum valde acceptabile. Vis visio potest rursus ad duo prima. Nam ratio illa ex autoritate Augustini. de doctrina christiana. currit solum quantum ad dilectionem amicitie. quia Augustinus loquitur de amabili cui aliquis optat bonum. Quod secundo queritur similiter patet. Quamuis enim charitatis hinc secundum quod habita. non sit concupiscentia. nihilominus tamen est complacentia. posset tamen dici quod spiritualis dilectio et possessio excitat ad desiderandum dum reficit. et reficit dum excitat. ideo simul manent concupiscentia et complacentia **¶** Ad illud quod obijcit tertio de fide et spe. dicendum quod non est simile. Actus enim fidei de se dicit imperfectionem. similiter et spei. Alter enim est rei non visis. alter rei non habite. et ideo si talis actus reflecteretur. diminueret de ratione habitus. Tanti qui creditur edulitate non habet eam et spei similiter. et ideo de virtutes euacuatur in patria. sed dilectio est actus completions et perfectionis sicut scientia. unde sicut perfecte scit. quod scit se scire. ita perfecte diligit qui amat dilectionem. **¶** Ad illud quod obijcit aut eadem aut alia. et cetera. dicendum quod eadem

eadem q̄m ad habitum. sed alia quantum ad actus. Et qd obijctur q̄ specialia non reflectuntur. Dicendū q̄ reflectio in forma. aliquādo venit ex natura. et sic est in generalib⁹. aliquādo venit rōne eius in quo est. et sic est in formis que sunt in potentis natis supra se converti. et in q̄m supra se convertuntur et quoniam potentia cognitiua seipsam cognoscit et voluntas ē instrumentum seipsam mouens. ideo per scientiam scit aliq̄s. et scientiā suā nouit. et per cbaritatē se et ipsam diligit. Et sic queritur ratio quare potentia intellectiua nata est supra se redire et voluntas. alibi dicitur. sed hoc modo tm̄ sufficiat. qz sunt simplices potentie. et in substantia simplici fundate et organo non alligatē. ideo patet q̄ non est simile illud quod obijcti consuevit in sensibus. alia est potentia que videt. et alia que videt se videre. q̄ similiter debeat esse in intellectu.

Questio. iij. Utrum cbaritas sit certitudinaliter cognoscibilis ab h̄ite. Et q̄ sic videtur autoritate August. in viij. de trinita. et habetur in littera. Qui fratrem diligit magis nouit dilectionē qua diligit q̄ fratrem quem diligit. sed fratrem nouit certitudinaliter. q̄ cbaritatem. Item. i. Joban. ij. Qui diligit fratrem suū in lumine manet. q̄ si cbaritas est lumē. cuius nihil certū videatur q̄ lumē ergo etc. Item. i. Job. ij. Unctio docebit vos de oibus. non in quā de omnib⁹ cognoscibilib⁹. s̄ de oibus necessarijs ad salutem. ergo maxime nos docet unctio spiritus sancti. Et q̄ to aliquid a se est presentius. tanto certius videtur et cognoscitur. s̄ cbaritas a se est presentissima. quia est in ipsa aia. q̄ etc. Item habens fidem. certus est se habere fidem nihil enī certius est homini sua fide. vt dicit Augu. ergo pari ratione h̄is cbaritatem. scit se habere cbaritatem. Contra Eccles. ix. Nemo scit vtrū odio vel amore dignus sit. ergo cum habens cbaritatem sit dignus amore. nescit se dignum. ergo etc.

Item. i. L'boant. iij. nihil mihi conscius sum sed nō in hoc iustificatus sum. ergo videtur q̄ homo non habens remorsus possit non esse iustificatus. ergo non habere cbaritatē. sed nolum signum euidens est cbaritatis: q̄ carentia omnis remorsus. ergo si illud est fallibile. cetera sunt fallibilia. Item cbaritas est diligere deum propter se et sup omnia. infra quod nihil eque. vel supra. vel contra. s̄ nemo scit vtrū p̄ omnib⁹ diligit deum. q̄ nemo scit vtrū habeat certitudinaliter cbaritatem. Item habēs cbaritatē est deo acceptus. et cōstat nobis et omnibus. q̄ ista sunt cōuertibilia. sed nemo scit vtrū deo sit acceptus nisi per reuelationem. ergo nemo scit se habere cbaritatem nisi per reuelationē.

Item dicit apostol⁹. q̄ nescies bar vtrum haberet culpam cum dicit. sed non in hoc iustificatus sum q̄ ab oppositis nesciebat se habere gratiam. ergo cuius cbaritas non sit sine gratia. ergo etc. Respon. dicendum q̄ cbaritatem cognosci essentialiter est dupliciter. Vel in vniuersali quid sit. et q̄ sit esse debeat. et sic vtrūq̄ cognosci potest. Alio modo est cognosci cbaritatē in speciali siue in hoc. et hoc modo nec de se. nec de alio. q̄ diu homo viuūt. potest certitudinaliter scire. De alio non. quia nemo nouit que sunt in hōie. nisi per signa que fallibilia sunt. De se nō. et huiusmodi potest esse q̄druplex ratio. Una et precipua est diuine acceptatiōis implicatio quia cbaritas iuncta est gratie gratū facienti. que ideo dicitur gratū faciens. quia reddit hominē deo acceptū. et ideo cbaritas sic vocatur. non tantum quia habet cbarū amatum sed quia etiam facit hominē deo cbarū. et quia nescimus dei acceptationē certitudinaliter nisi per reuelationem. id nescis m̄ uos habere cbaritatē. nisi per reuelationē doceamur. Secūda ratio est similitudo ipsius ad dilectionē acquisitam. potest enim cōtingere aliq̄ in lāmari ad amandum deus per assuefactionē qui corruet per aliquod peccm̄ spirituale. et tamē semper afficitur. sicut expresse patet per beatum Bernardum in libro de amore dei. vbi reprehendit superbientes de deuotiois ne. Tertia ratio est nostri oculi lippitudo. quia oculus n̄ est sicut oculus noctue ad manifestissima nature. sicut dicit pb̄s losoph⁹. An sicut oculus lippus nescit distinguere inter lumē dicit et lumē flāme vel lucē ita oculus n̄ spiritualis inter lumē gratie gratis date et gratū facientis. Quarta ratio est diuini iudiciorum dispensatio. Deus enim claudit oculos ser uorum suorum. quantum ad ea que spectant ad eorum dignitatem. et de quibus possunt. efferi. Unde gratia contraria est superbis. Superbia enim aperit oculos ad vidēdū prerogati

uas. et claudit ad videndum indigentias et defectus. Iuxta illud Apocalip. iij. Dicitis quia diues sum. et locupletar⁹ et nulli⁹ indigeo. et nescis qz paupes et cecus etc. Sed contra. vir sanctus dicit se nihil esse. quia claudit oculos suos deus ad bona. et aperit ad vidēda mala. Et hec est ratio q̄re hō nō cognoscit cbaritatē. que quamuis per se nō sufficiat. tamen cum alijs bona est. Credo tamen q̄ illa est precipua que primo dicta est. Quamuis enim cbaritas non possit certitudinaliter cognosci esse in aliquo eam habente respectu sui. tamen potest p̄ signa probabilia cognosci. maxime per mortificationem concupiscentie. et amoris vani sine mundani. et per multa alia signa probabilia. que sancti dicunt et ponūt. Ad illud ergo quod obijctur in contrarium q̄ certior est dilectio q̄ frater. dicendum q̄ cbaritas non tantum dicit dilectionem. sed vltra hoc addit q̄ gratuita est. Et quantum ad habitum dilectionis certitudinaliter est cognoscibilis. quantum vero ad illud quod dicitur q̄ certum. non. Ad illud quod obijctur q̄ cbaritas est lumen dicendum q̄ quamuis de se cbaritas sit cognoscibilis. tamen non cognoscitur a nobis. quia oculus noster lippus est. Ad illud quod obijctur q̄ unctio docet nos de omnibus necessarijs ad salutem. dicendum q̄ verum est eo modo quo necessarias sunt. sed scire se habere cbaritatem non est necessarium ad salutem. sed solum habere. Ad illud quod obijctur de presentia cbaritatis. dicendum q̄ quamuis substantia habitus sit presens tamen conditio que concomitatur habitum scilicet diuina. acceptatio non est presens. immo latens in dei cognitione et iudicio. Ad illud quod obijctur de fide. dicitur q̄ nō est simile quia fides dicit habitum purum. non superaddēdo acceptationem. sicut cbaritas. et ideo patet q̄ non est simile.

Questio. iij. Utrum cbaritas sit cognoscibilis a non habente. et quod non videtur. quia omne quod cognoscitur. aut cognoscit per essentialitatem aut per similitudinem. Non per essentialitatem. quia non est essentialiter in anima peccatrice. Si ergo cognoscitur h̄ est per similitudinem. Sed contra. ij. L'ozimb. xij. dicit glosa. Tertium genus visio nis quo dilectio intellectiua conspiciatur. eas res cōtinet que non habent sui similes imagines. que non sunt ipse. ergo similitudo cbaritatis non est aliud q̄ cbaritas. ergo si caret quis cbaritate. caret et similitudine eius. et ita nunquam cognoscit cbaritatem. Item si non habens cbaritatem cognoscit eam aut ergo per speciem innatam seu lucem propriam aut per acquiritam. aut per effectum. Non per innatam. quia creata est sicut tabula rasa. Non per speciem acquisitam. quia omnis species acquisita acquiritur mediāte sensu et imaginatione. sed species cbaritatis non cadit in sensu nec in imaginatione. Item non per effectum. quia nemo cognoscit per effectum aliquid nisi sciat q̄ sit causa illius effectus. Unde null⁹ cognoscit per eclipsim interpositionem terre nisi sciat q̄ interpositio est illi⁹ causa. Si ergo per effectum cognoscit oportet q̄ sciat prius quoniam illius est causa cbaritas. et ita precognoscit cbaritatem. non ergo per effectum. Si tu dicas quod cognoscit in illa veritate eterna. Aut hoc erit effectiue. aut formaliter. Si effectiue. sic omnia cognoscuntur in ea que omnia facit scire que cunq̄ sciuntur. Si autem formaliter siue exemplariter. ergo videtur q̄ vel imprimat aliquam speciem in intellectu. vel necessesse est q̄ ipsa veritas vel exemplar conspiciatur. quorum alter est supra improbatum. Sed contra peccatores desiderant cbaritatem. sed nullus desiderat quod nō cognoscit. quia ins cognita nō possunt diligi sicut dicit Augustinus. ergo ipsi cognoscunt cbaritatem. Item aliquis habens cbaritatē potest habere cognitionem de illa. sed omne quod cadit in intellectu apprehendente. potest in memoria conseruari. ponatur ergo q̄ is primatur hec cognitio memorie. et quod demū cadit a cbaritate constat q̄ lapsus a cbaritate memoriam eius retinuit ergo ad huc cognoscit eam. ergo cbaritas potest cognosci a non habente. Item si cbaritas cognoscitur ab habente. aut hoc ē per essentialitatem aut per similitudinem. Per essentialitatem non cōstat. s̄ per similitudinem q̄ nihil cognoscit intellectus. nisi ab illo informetur. sed cbaritas habitus est affectus. ergo fm̄ essentialitatem non egreditur. ergo si vnitur intellectui et illū informat hoc est per similitudinem. et hec similitudo potest haberi a non habente cbaritatem. ergo etc. Item Augu. dicit. ix. de trinit. q̄ ad hoc q̄ intellectus intelligat quod est in memoria necessesse

g iij.

est aciem intellectus infor-
mari. ergo multo foris ad
hoc qd intelligat quod est
in voluntate. ergo si intel-
ligit cbaritatem. informa-
tur intellectus aliquo et no
substantia cbaritatis. ergo
similitudine. ergo ides qd
prius.

28 **R**esponso. dicendum qd
cognitione experientie no
cognoscitur cbaritas nisi
ab habente. cognitione ve-
ro speculationis certum e
cognosci cbaritatem etiam
a non habente. Modus aut
huius cognitionis non po-
test esse per cbaritatis esse-
tiam. nec per similitudinē
a sensibus acquisite. ergo
necesse est qd sit per si-
militudinem infusam vel
innatam. vtriusq autem q
sic cognoscuntur ab homi-
ne. dicuntur ab Augusti-
no cognosci i veritate eter-
na. aut quia veritas cog-
nitionem infundit. vt in pro-
phetis aut quia a conditio-
ne imprimatur. h. illud. psal-
miste. figuratum est super
nos lumen vultus tui dicitur
Cbaritas autē non cogno-
scitur a peccatoribus per
speciem infusam. ergo oportet
qd per innatam cognos-
catur.

29 **S**pecies autem innata po-
test esse dupliciter. aut sili-
tudo tantum sicut species
lapidis. aut ita similitudo
qd etiam quedam veritas
in seipsa. Prima species e
sicut pictura. et ab hac cre-
ata est anima nuda.

Secunda species e impres-
sio aliqua summe veritatis
in anima sicut verbi gratia
anime a conditione sua da-
tum est lumen quoddam di-
rectivum et quedam direc-
tio naturalis. data est eti-
am ei affectio voluntatis.
cognoscit ergo anima qd
sit rectitudo. et qd affectio
ita quid rectitudo affecti-
onis. et cum cbaritas sit h
cognoscit cbaritatem per
quandam veritatem. que
tamen veritas est similitu-
do cbaritatis et tunc recte
habet rationem similitudi-
nis. dicitur accipitur ab intel-
lectu. habet tamē rationē
veritatis prout est in aia.
Unde qd Augustinus dicit
qd huiusmodi habitus cog-
noscuntur in ipsa veritas

Utriusq te. et per similitudines que
sunt idē quod ipse non dis-
citur t hoc quia no fuit aliqua
species in intellectu cognos-
cens. sed quia in anima

est aciem intellectus infor-
mari. ergo multo foris ad
hoc qd intelligat quod est
in voluntate. ergo si intel-
ligit cbaritatem. informa-
tur intellectus aliquo et no
substantia cbaritatis. ergo
similitudine. ergo ides qd
prius.

Opponit per rationes 3
opinionē suā qua dixit spm
scdm esse charitate qua diligi-
mus deum et proximum. g

Hic querit si cbaritas. s.
est. cu ipa augetur et minuat in
hoie. et magis et min' p diuer-
sa tpa habeat. vtrū ccedēdū
sit q. s. augetur vel minuat in
hoie. et magis et min' habeat.

Si em in hoie augetur et
magis vel minus dat et habe-
tur mutabilis esse videt. U-
detur ergo qd vel spūsanct'
no sit cbaritas. vel cbaritas
no augetur vel minuat in
hoie. Item cbaritas et no ha-
benti datur vt habeat. habē-
ti vt pleni' habeat. Si ergo
s. cbaritas est. et no habēti da-
tur vt habeat. et habēti vt ple-
nius habeat. qno dat non ha-
bēti. cu ipse vt deus sit vbiq
et in oibus creaturis totus.

Et quō plenus datur vel ha-
betur sine sui mutatioe. His
ita rōdemus dicētes qd spū-
sanctus siue cbaritas per-
nitus immutabilis est. nec in
se auget vel minuit. nec in se
recipit magis vel minus sed
in hoie. vel poti' homini au-
getur et minuitur et magis vel
minus datur vel habet. Si
cur deus dicitur magnificari et ex-
altari in nobis: qd tñ in se nec
magnificat nec exaltat. Uñ
propheta. Accedat homo ad
cor altū et exaltabit de'. Su-
per quē locum ait autoritas.
De' no in se sed i corde hois
grandescit. Sic g. s. homini
dat et datus amplius dat. i.
auget. et magis et min' habet
et tamen immutabilis existit.

Lūq vbiq sit et in omni crea-
tura totus. sunt tñ multi q est
no habēt. Non em oēs. s. ha-
bent in qbus est. alioquin et
irrōnabiles creature habe-
rent. s. qd fidei pietas no ad-
mittit. Et autē certi' fiat qd
dixim' autoritate confirmam'.

Quod spūsanctus magis ac-
minus percipiatur. et homini
augetur. et no habēti detur. et
habēti vt plus habeat. Au-
gu. ostendit sup Jo. dicens. Si
ne spūsancto cōstat nos xpm
non diligere. et eius mandata
seruare non posse. et id nos

posse atq agere tantomi-
nus qto illū percipim' minus.
Tanto no ampli' qto illū p-
cipim' ampli'. Jōq no solū
no hnti. verū etia hnti no in-
cassum pmittit. no hnti qdē
vt habeat. hnti aut vt ampli'
habeat. Itā si ab alio min' et
ab alio ampli' no haberetur
scdm helyseus scdm helye no
diceret. spūs q est in te duplo
a sit in me. xpo aut q est dei fi-
lius no ad mensurā datus est
spūs. neq em sine gra. s. ē me-
diator dei et hoim hō xps. qd
em ē vnigenit' dei fili' eqūis
pfi. no est grē s. nature. q at
vnitate psonē vnigeniti as-
sumptus est hō. grē est no na-
ture. Ceteris aut ad mensurā
dat et datus addit. donec vni-
cuq p mō sue pfectōis pro-
pria mēsurā ppleat. Ecce ex-
presse hēs q. s. magis et min'
dat vel accipit. et hōi dat' au-
get. et habēti et no habēti dat'
qd. s. est cbaritas q non hnti
dat' et in hntē auget et pficit.

Immo vt vñs et magis pro-
prie loquar. hō in ea pficit et
deficit aliqñ. et tñc ipa dicitur
pficere vel deficere. q tñ nec pfi-
cit nec deficit in se qd de' est.
Uñ aug. i omel. ix. sup eplam
Johā. ait. Probet se qsq q
tum in illo pferit cbaritas.
vel poti' qtu ipse in cbaritate
pferit. nā si cbaritas de' est
nec fecit nec pficit. Sic ergo
i te pficere dicitur cbaritas: q tu
in ea pficis. Ecce quō intelli-
gēdū sit cū dicitur. s. augeri in no-
bis. qd nos i eo. s. pficim'. sic
et alia huiusmodi.

Opponit p auctes 3
opinionē suā iam dictā. h
Supra dictū est q. s. cha-
ritas ē pñs et filij q se invicē
diligūt et nos: et ipse idē ē cha-
ritas q diffundit in cordib'
nris ad diligēdū deū et primū
hoz alterū oēs catholici cō-
cedūt. s. q. s. sit cbaritas pñs
et filij. Qd at ipse idē sit chari-
tas q diligim' deū et primū a
plerisq negat. Dicūt ei. Si
s. cbaritas ē pñs et filij. et nra
eadē ē cbaritas est q de' dili-
git nos. et q nos diligim' em.
Hoc aut scōz auctes nega-
re vident. Dicit em Aug. i li.

no est pura species. sed ve-
ritas quedam ab ipsa veri-
tate impressa. et sic patet
responsio ad obiecta.
Ponit defensionem sue
opinionis.
Dic qntur si cbaritas spū-
ritus sanct' est cum ipsa au-
geatur et. Supra egit ma-
gister de missione spiritus
sancti inuisibili fm opinio-
nem suam. Hic scdo ponit
opinionis sue defensionem
et hoc facit respondēdo ob-
iectionib' que possunt opi-
nionem suam improbare.
Et quoniam sua positio im-
probari potest. et ratione et
autoritate. et vtrōq modo
ideo habet bec pars tres
In prima parte per ratios
nem impugnare et impro-
bat. hoc qd dixerat. qspū-
ritus sanctus est cbaritas
qua diligimus deū et proxi-
mum. Secundo vero p
autoritatem. ibi. Supradi-
ctum est q spūsanctus.
Tertio per autoritates et
rationes. ibi. Alias quoq
inducuntur et.
Prima ratio contra ma-
gistrum sumpta est ex hoc
qd cbaritas augetur.
Secunda ratio contra
ipsū sumpta est hoc qd cha-
ritas est a spiritu sancto si-
cut dicit Augustinus.
Tertia ratio sumpta ē ab
hoc qd cbaritas est animi
affectio. et hoc quidem ra-
tioni et autoritati cōsonat
In qualibet autem ista
rum partium magister pri-
mo opponit. et secundo de
terminat et partes mani-
feste sunt.
Acto autem qui est dei
fili' non ad mensuram das-
tus est spiritus. Videtur h
falsum. quia omne finitus
habet mensurā ergo si cbrī-
sto datus est spiritus non
ad mensuram cbrīsto dat'
est spiritus infinitus. Et
cōtra hoc est q omnia cre-
ata sunt finite capacitatis
Respon. hoc infra melius
parebit modo tantū suffi-
ciat qd hoc vel est dictus p
pter gratiam vnionis. qua
fecit q omnia que dei sunt
sint illius hominis. vel p
pter gratiam capitis. quia
in cbrīsto est gratia ad om-
nes actus no artata. sicut
in capite vīgēt omnes sen-
sus. Unde illa determina-
tio non priuat finitatem s
priuat determinationē ad
aliquem actum siue specia-
le bonum.

no est pura species. sed ve-
ritas quedam ab ipsa veri-
tate impressa. et sic patet
responsio ad obiecta.

Ponit defensionem sue
opinionis.
Dic qntur si cbaritas spū-
ritus sanct' est cum ipsa au-
geatur et. Supra egit ma-
gister de missione spiritus
sancti inuisibili fm opinio-
nem suam. Hic scdo ponit
opinionis sue defensionem
et hoc facit respondēdo ob-
iectionib' que possunt opi-
nionem suam improbare.
Et quoniam sua positio im-
probari potest. et ratione et
autoritate. et vtrōq modo
ideo habet bec pars tres
In prima parte per ratios
nem impugnare et impro-
bat. hoc qd dixerat. qspū-
ritus sanctus est cbaritas
qua diligimus deū et proxi-
mum. Secundo vero p
autoritatem. ibi. Supradi-
ctum est q spūsanctus.
Tertio per autoritates et
rationes. ibi. Alias quoq
inducuntur et.

Prima ratio contra ma-
gistrum sumpta est ex hoc
qd cbaritas augetur.
Secunda ratio contra
ipsū sumpta est hoc qd cha-
ritas est a spiritu sancto si-
cut dicit Augustinus.
Tertia ratio sumpta ē ab
hoc qd cbaritas est animi
affectio. et hoc quidem ra-
tioni et autoritati cōsonat
In qualibet autem ista
rum partium magister pri-
mo opponit. et secundo de
terminat et partes mani-
feste sunt.

Acto autem qui est dei
fili' non ad mensuram das-
tus est spiritus. Videtur h
falsum. quia omne finitus
habet mensurā ergo si cbrī-
sto datus est spiritus non
ad mensuram cbrīsto dat'
est spiritus infinitus. Et
cōtra hoc est q omnia cre-
ata sunt finite capacitatis
Respon. hoc infra melius
parebit modo tantū suffi-
ciat qd hoc vel est dictus p
pter gratiam vnionis. qua
fecit q omnia que dei sunt
sint illius hominis. vel p
pter gratiam capitis. quia
in cbrīsto est gratia ad om-
nes actus no artata. sicut
in capite vīgēt omnes sen-
sus. Unde illa determina-
tio non priuat finitatem s
priuat determinationē ad
aliquem actum siue specia-
le bonum.

de spiritus

Rf. ad
pma ob-
iectionis
pme ra-
tionem

ps. lxxij

Rf. ad
secūda
obiectō-
nis pñ-
cōne.

Utriusq
mōne
pñrāt
autori-
tate.

ij. qd

Aug.

Autore
ratos q
vident
pro eis
facere.
Obie-
ctionis
scōcau-
toritas
pma sū-
pta est
pca et
bis Au-
gusti. q
cbari-
tas ē a
spūscō

de spu r lfa. Nisi est dilectio nisi vni et ipsa fides. i. a. ff. No esset em inobis nisi diffunderet i cordib' per spm Charitas aut dei dicta est diffundi i cordib' nris. no q nos ipe diligit s3 q nos facit dilectores suos. sicut iusticia dei dr. q nos iusti ei munere efficitur. r dñi sal' q nos saluarz fides xpi q nos fideles facit. His xpb vi def mostrari distinctio iter charitate q nos de' diligit. r q nos diligit. Et sicut iusticia nra dr. dei. n q ipe sit ea iust'. s3 qz ea nos iustos facit. Silt' r fides r sal'. sic vt dicta dei charitas q e i nobis. n q ipe ea diligit. s3 qz ea nos dilige facit. De b' et ide aug. i li. xv. de tri. alt' Cu ioh. smeor. affz dei dilectione. no q nos eu. s3 q ipe dilexit nos r misit filiu suu libatoze p pctis nris. Ecce r h' v' maffeste videre dilectione q nos diligit' deñ ab ea q ipe diligit nos. Si g inqunt. ff. dilectio e q de' diligit. r q nos diligit. duplex dilectio e imo duo diuer sa e qd absurdū r avitate lōge e. No e g dilectio q diligit. s3 q de' tñ diligit nos. His rñdem' pdictaz autoritatū vba deñmātes h' mō. Charitas di e dicta diffundi i cordib' nris. no q ipe nos diligit. s3 q nos dilige facit r. His v'bis no diuidit. nec diuisa oñdit charitas q de' nos diligit ab ea q nos diligit. s3 potius eū sit vna r eade charitas: r dicat ipa dei charitas. r di uersis de causis r rōnib' dei charitas appellari i scriptura ostēdit. De em dei charitas vt qz deus ea diligit nos. vt qz nos ea sui dilectores facit. Cu g ab aplō dr: charitas dei diffūdi i cordib' nris. no e dicta charitas dei q diligit nos. s3 q facit nos dilige. i. no ibi appellat charitas dei eo q de' nos ea diligit s3 eo q nos ea sui dilectores facit. Et qea rōe possit dici charitas dei. qz nos ea dilige facit: ex silii gñe locutiōis oñdit sicut dr iusticia dei q nos iustificat: r dñi sal' q nos saluar r fides xpi q nos fideles facit. C Silr r altā exponim' autoritatē vbi ait dilectionē dei cōmemorari: no q nos eu: s3 qua ipe dilexit nos ac si diceret: memorat dilectionē dei. no fm q ea nos diligit' deñ. s3 s3 q ipse ea diligit nos. S3 aliud e inqunt qd magi v'get. Dixit eni sup Aug. q dilectio e a. ff. a q fides. Sicut g fides no e ff. a q est ita nec charitas. Quō g. ff. e si ab ipso est. nā si ab ipoe str ipse e. g. ff. a se ipso est. Ad qd dicim'. Spūscctūs qd e a seipso no est. s3 tñ a seipō dat nob. vt s. dictū e dat ei seipz nob ff. Et ex hoc sensu dicit est q charitas ab ipso est in nob. r tñ ipsa. ff. est. Fides aut est a. ff. r no e. ff. qz donū vel datū solū mō e. no de' dās. Alias q inducūt rōes ad ide ostēdēdū. s. q charitas n sit. ff. qz charitas affectio mētis e r ai. spūscctūs no no est affectio ai vel mot' mēt. qz. ff. imutabil' est r i creat'. no est ergo charitas. Qd aut charitas sit affectio animi r mot' mētis. autoritatib' ofirmāt. Dicit ei aug. in iij. lib. de doc. xpianā Charitatē voco motuz animi ad fruendū deo propter ipsum. r se ac proximo propter deum. Idem in libro. de moribus ecclesie catholice. tractās illud xpbū apli. Nec mors nec vita poterit nos separe a charitate dei. Charitas dei iqt dicit e vltus q ai nri rectissima affectio est q cōiūgit nos deo q eū diligit. Ecce his v'bis exprīmif. q charitas e affectio r mot' ai. ac p hoc non videt eē. ff. Ad qd dicim' hoc ita dictū eē. sicut dr. De' est spes nra r patietia nra. qz facit nos sperare r pati. Ita charitas dr: eē motus sine affectio ai qz peā mouet r afficit anim' ad diligendū deū. Non aut mireris si charitas cū sit. ff. di

catur motus mētis cum etiaz i libro Sapie dicatur de spiritu sapientie. qui attingit a fine vsqz ad fines. qui est act' mobilis certus. incoīgnat' Quod non ideo dicitur q sapientia sit mobile aliquid v' actus aliquis. s3 quia sui imobilitate oia attingit. non locali motu. sed vt vbiqz semper sit. et nusq' inclusa teneatur sic ergo charitas dicitur motus animi. non q ipsa sit motus vel affectio. vel virtus ai. s3 qz p ea3 quasi esset r' affect' mens r mouetur. S3 si charitas spūscctūs est qui operatur in singulis. put vult eū per eum mēs hoīs afficiatur r moueatur ad credenduz vel speranduz. r huiusmodi. si cut ad diligenduz quare non sic dicitur charitas mot' vel affectio mentis ad credendū vel speranduz sicut ad diligendū. Ad qd sane dici pōt. qz alios act' atqz motus virtutū operat' charitas. i. spūscctūs mediātib' virtutib' quaz actus sunt vt pote actū fidei. i. credere fide media. et actum spei. i. sperare media spe Per fides em r spē predictos operatur actus diligēdi vero actus per se tñ sine alicui' v'v' me dio operat'. i. dilige. Alr ergo hūc actū opat' q' alios virtutū act' idqz differētē de h' r de alijs loqur scriptura q istū spūscctūs charitati tribuit Est ergo charitas vere. ff. Cū aug. premittuz verbū apli tractās in eodē lib. charitatē dicit esse bonū. quo nil meli' est et per hoc ipsam esse deum si gñificat dices. Si nulla res ab eius charitate nos sepat. quid esse non solū meli' s3 etiā certius hoc bono pōt. Ecce dicit quia charitate nihil melius est. Charitas ergo spirit' scctūs e qui est de' r donū dei siue datū q diuidit singulis fidelibus dona. nec ipse diuiditur. s3 idiuuisus singulis datur. Unde Augustinus vbi Johannes dicit. Non ad mētis r xpo dari spiritū ait. Letis vero diuiditur no quid ipe spiritus: sed dona eius.

Charitas dei sicut di Sapie. ca est virtus r. Videtur iij. male dicere q charitas e affectio. qz nullus habet e affectio. charitas est r ita habet' g non est affectio. Cū. dicendū q affectio dr quadrupliciter. Anomodo ipsa vis affectiua. Aliomō dr affectio. passio vis affectiue r gaudiū r dolo: r hmoi. Tertiomō dr act' potentie affectiue. Quartomō dr dicitur affectiue sicut itellec' vno mō dicit' bit' principio: r e regula inteller' r h mō accipit cū dr q charitas e affectio r similiter accipit Ber. cum dicit q virtus e affectio ordinata. Alios actus r. Cōtra per hoc q dicit q charitas intus operatur alios act' atqz motus mediātibus alijs virtutibus. Videtur dicere extra illud qd dicit' ad Gal. v. Fides p dilectiōne operatur. Cū. dicē dū q quīs illud possit sustineri. q charitas operat' mediātibus alijs virtutibus tanq' ministris r alie nibilomin' p charitatem adiūuatē r dirigētē tñ solutio magri quā hic facit no valet qz magri petit picipiū in soluēdo. supponit em in solutione oppositū eius qd pbatur. cū em. ff. no efficiat in nobis opera aliaz virtutū sine h'itibus r iedijs qmō efficit in nob op' dilectōis. Si tu dicas q ipe dilectio e. silt' possit dicere q filius est sapiētia r verbum. g pari ratione sine habitu medio debet il luminare itellecū. et pp h magri opinio no est ita p' habilis. nec q' ad rōnes nec q' ad auctates qd p'z si attēdāt p dicit' solutiōes d' Nec ipse diuiditur. Videtur dicere falsus q. ff. non diuidatur. qz Numeri rj. dicit q dñs dixit moy si. Auferā de spiritu tuo: r e Ites. i. iobān. iij. De spiritu suo dedit nobis. si dedit de spiritu. vt q vel totū dedit vel diuisit in ptes. Cū. dicendū q. ff. est in semetipso simplex. et ideo in se indiuisus sed in effectibus est multiplex. r ideo q' tum ad effectum de u' dicit' qz no datur singulis ad oia r hinc e q pleni' datus e moy si q alijs. r q iō dicit. auferā de spiritu tuo r qz non ad oia dat nobis g. iij.

Obiectio. Respō.

ideo dicit beatus Johannes de spiritu suo dedit nobis.

Intelligentia huius prae est questio de augmento charitatis. et circa hoc queruntur quattuor. Primo queritur utrum charitas possit augeri in substantia. Secundo queritur de modo augmenti ipsius charitatis. Tertio queritur de opposito augmenti ipsius. scilicet de diminutione. utrum charitas possit diminui. Quarto de augmento charitatis quod ad terminum siue ad statum.

Questio. I. Quod ad primum ostenditur quod charitas potest augeri in substantia per augmentum ad bonitatem.

Um. Charitas meretur augeri. ut aucta mereatur profici. Et sic huiusmodi videtur ratione. Charitas videtur in se habere minoris esse charitatem partem. scilicet a charitate videtur ad charitatem profici potest deuenire. ipsa salvata in esse. quoniam charitas videtur nunquam excidit. sed a minori ad maius re salua est augmentum. ergo potest deuenire charitatem augmentari. Et sic patet quod diuersis maioribus et minoribus premiis dabuntur. Unde apostolus. I. Cor. xv. Alia claritas solis alia claritas lunae. et sic patet quod vni et eadem sunt diuersos statum. debet diuersus premium. scilicet maius et minus. scilicet magnitudo premium subleuat rident quantitati charitatis. non sunt seruorum. sed sunt subleuat. ergo si contingit maius premium alicui deberi. ergo et charitatem subleuat augeri. Et sic contingit charitatem meliorari. cum non sit summum bonum. sed charitas est bona subleuat. ergo contingit charitatem in sua substantia fieri meliores. Sed ut dicit Augustinus in vii. de tri. vii. ca. In spiritualibus id est maius et melius ergo cum charitas sit quod spirituale. possibile est in se habere ipsam effici maiorem. Et sic patet quod in vno et eodem charitas potest in maiore effectu et actu. ergo cum maiore effectu veniat a magnitudine sine virtute. possibile est charitatem maiorem effici sine virtute. Tunc quod aut charitas est sua virtus. aut non. Si sic. ergo augmentata virtute. necesse est augeri essentiam charitatis. Si non tunc quero de illa virtute. aut habet essentiam. aut non. Si sic sicut quero de illa. si vel erit abire in infinitum. vel necesse est poni quod aliquid augetur habet substantiam. sed qua ratione alia virtus et charitas. Et sic charitas est forma. scilicet omnis forma consistit in essentia inuariabili. ergo et charitas. sed nihil inuariabile in se essentia augetur in se essentia. sed nec charitas. Et sic vbi augmentum. ibi minus et minus. sed vbi est simplicitas. ibi non est maius et minus. si ergo charitas est forma simplex non excidit. in charitate non erit augmentum. Et sic augmentum in corporalibus est in accidentibus. tunc in se habere. ergo pari ratione et in spiritualibus. ergo si charitas augetur. hoc est in se habere accidentibus non in se habere. Et sic quod augetur mutat. et quod augetur in se habere mutat in se habere. scilicet quod substantialiter mutat est aliud nunc quod prius. ergo quod augetur in substantiam non manet. si ergo charitas nunquam excidit nisi per partem. sed semper manet. ergo non augetur.

Rn. dicendum quod in se habere opinionem verum est charitatem substantialiter augeri. Ad intelligentiam autem obiectorum distinguuntur quidam augmentum in dupliciter differentia. Augmentum enim est quod minus succedit maius. hoc autem potest esse dupliciter. vel ita quod illud idem quod prius fuit minus postea fiat maius. sicut dicitur de augeri. vel aliquid aliud quod tunc. et hoc modo charitas non augetur. ut dicitur. vel ideo quod minor succedat maius. non idem in numero. sed simile in forma. sicut dies dicitur augeri. non quod idem dies. primo fit minor et postea maior. sed quod minor succedit maior. sic dicunt augeri charitatem. ac per hoc posse euadere oppositiones. Sed positio ista sicut supra probatum est non potest stare. Ostensus est enim quod charitate manente eadem contingit circa eadem fieri incrementum et perfectionem. Et ideo aliter dicendum quod augmentum sequitur perfectionem. Quantitas autem dicitur dupliciter. scilicet proprie et metaphorice. Proprie dicitur quantitas motus. et hoc est in corporalibus. Metaphorice quantitas virtutis et hoc in spiritualibus. Sic et augmentum dicitur dupliciter proprie. scilicet in magnitudine motus. et metaphorice in quantitate virtutis. cuius ergo in charitate sit quantitas virtutis. et non in summo. constans est charitatem augeri posse. Rursus cum virtus sit idem quod substantia charitatis et sit quantitas virtutis. hinc est quod de necessitate sequitur charitatem augeri in se habere. cum enim sit virtus eius substantia. non est alia a virtute. Ad illud ergo quod obijciatur in primo. quod essentia forme est inuariabilis. dicendum quod verum est de forma inuariabilis. si autem dicitur de forma singulari. verum est in se considerata. sed non prout in alio. Ad illud quod obijciatur quod simplicitas non admittit magnitudinem. dicendum quod verum est quod non admittit magnitudinem motus admittit tamen magnitudinem virtutis. Ad illud quod obijciatur quod in corporalibus est motus augmenti in se habere accidentibus. patet nihil. Nam quantitas motus est accidentibus essentialiter. dist-

ferens a quanto. non autem sic est in quanto quantitate virtutis immo quantitas virtutis essentialis est ut in opponendo probatum est. Potest tamen dici quod cum dicitur in corporalibus est motus in se habere accidentibus dupliciter potest accipi habere quod est secundum. Aut quod dicatur habitum dicitur termini per se siue termini formalis. et sic utique termini augmentum est quantitas perfecta. Aut ita quod dicatur: termini per accidens. et hoc modo augmentum respicit substantiam quod potest. Cum enim additur quantitas maioris minoris. nisi fiat per rarefactionem. vel per potentiam non oportet quod addatur substantia in qua sit illa quantitas. et ita augmentum plus habet de substantia. et ita per consequens ad substantiam teriatur. etiam in corporalibus. et per hoc potest quod obijciatur quod mutatur in se habere substantiam est aliud et aliud verum est si dicatur termini formalis. sed non sic dicitur. Ad illud quod obijciatur quod augmentatur in se habere substantiam. et mutatur in se habere substantiam. dicendum quod res non tamen est esse substantiale. sed etiam perfectum esse mutari in se habere substantiam. hoc potest esse dupliciter. vel respectu esse simpliciter sic mutatum est aliud et aliud. vel respectu esse perfecti. quod cum de i perfectio sit perfectum. non est aliud sed idem. Et hinc est quod charitas quamuis substantialiter augetur. non est alia. sed eadem in se habere substantiam. unde non valet obiectio.

Questio. II. De hoc modo augmenti ipsius charitatis. Et quod augmentum eius sit aliunde ostenditur per Augustinum. qui dicit. quod charitas meretur augeri. sed quod aliis meretur. habet ab alio quod a se habere si charitas meretur augmentum habet ipsum aliunde. Item quod augmentum. ut per oppositionem videtur per rationem Augustini. Augmentum enim est perfectio quod charitatis additamentum. sed vbi est augmentum ibi est oppositio alii cuius eiusdem generis. et vbi oppositio. ibi additio. et c.

Et sic hoc videtur posse ostendi per simile quod charitas est in aere. sicut lux in aere. sed lux in aere non augetur per additionem noui luminis. ut patet si vni candele illuare supponit alia. et sic charitate erit sicut respectu aere. Et sic hoc videtur per principium augmenti. quod ex eisdem vniuersis nutritur et augetur. ergo per similem modum habet charitas augeri generari et conservari. sed generatur in nobis per diuina non influentia. et per eandem maiorem essentiam. sed vbi maior influentia. aliquid plus influunt quod prius. et vbi hoc. ibi est additio. et c. Contra maiorem virtutis est calor amoris spiritualis. quod ignis materialis. sed ignis seipso augetur et charitas quod est ignis spiritus alius. Et sic quod non per oppositionem. videtur quod si simplex simpliciter addatur nihil maius efficiatur. nec motus nec virtus. ut si punctus puncto. ergo nec si charitas addatur charitati. erit maior. Et sic si additur aliquid. cum additione sequatur compositio et ad maiorem compositio virtutis diminutio. ergo quanto maior sit additio. tanto efficaciter charitas impotentior. et quanto impotentior tanto minor. ergo cum augmentum charitatis sit quantum ad virtutem charitatis non augetur per additionem.

Item si aliquid addatur priori charitati. aut additum est charitas aut non. Si non ergo non auget charitatem. Si vero est charitas. sed charitas non est materialis respectu charitatis. ergo cum ex aliquibus duobus non fiat vnum. nisi vnum sit materiale respectu alteri. ex charitate persistente et superaddita non fit vnum. sed ad augmentum necesse est fieri vnum ex augere et aucto. ergo nullo modo potest per additionem augeri. Rn. ad predictorum intelligentiam notandum quod circa hoc fuit duplex opinio. Una est quod augmentum charitatis est per depurationem sine hinc per impurificationem cum contrario. Contrarium autem amoris existit est amor concupiscentie. unde quantomagis in nobis extinguitur. concupiscentia tantomagis depuratur charitas. et quanto magis depuratur tanto magis assimilatur deo et accedit ad terminum et quantomagis accedit. tanto magis augetur. et isti posuerunt charitatem per se posse augeri per assuetudinem in bono. et debilitationem concupiscentie. Ratio autem que istos mouit fuit autoritas philosophi qui dicit formas intensius per accessum ad terminum et impermixtionem cum contrario. Fuit etiam cum hoc autoritas Augustini. qui dicit in libro lxxiiij. quod sicut minuitur concupiscentia. sic crescit charitas. et tale augmentum per maiorem depurationem simpliciter non repugnat Sed ista positio non est conueniens. quia constans est charitas maior et minor esse omni sublata concupiscentia. sicut in primo homine. et etiam in angelis. ergo cum omnino sit ibi impermixta in quolibet angelo. et etiam in statu innocencie. effectus in summo. quod stultum est dicere. Unde non est dicendum quantum ad remissionem concupiscentie augeri in substantiam. concedi

tiam. cōcedendum est tamen q̄tum ad remissionem cōcupiscē
 tic intendi per feruore. & hoc mō intelligit Aug. & hoc mō loq̄t
 etiam pbilosophus de formis q̄tū ad lētionē nō q̄tū ad auḡ
 mētū. Alia positio est q̄ charitas auget p̄ appositionē & butus
 simile habet in lumie qd̄ ex p̄se charitati assimilatur. An sicut
 maius lumē additū minori. ip̄s auget. sic charitas super addi
 ta auget minorē. & h̄ positio ponit charitatē nō augeri virtute
 pp̄ria sed diuina. Idē enī est p̄cipiū augēdi & generādi. An
 de sicut a solo deo habet q̄tū. ita & augmētū. Ex hoc p̄t̄ illud
 41 quod obijciat per sile in igne. Ignis enī h̄ p̄tatem se faciendi
 in alio & augendi. non sic charitas. Ad illud qd̄ obijciat scdo.
 q̄ charitas n̄t simplex. dicēdū q̄ q̄uis charitas sit simplex. qz
 nō h̄ partes quāritatiuas quāritate molis h̄ tamē quāritate
 42 virtutis. & q̄tū ad illā pōt augeri. Si obijciat de puncto q̄ ba
 bet q̄ritates virtutis. & tamē nō augetur. dōm q̄ ad hoc quod
 aliquid sit natū augeri per appositionē cōsistit q̄ritatē duo sūt
 necessaria. scz q̄ritas & vnibilitas. Vnibilitas autē venit ex imp
 fectiōe. p̄fecto cū in q̄tū b̄mōdi nō ē possibilē additio. iō p̄cto
 nō pōt fieri additio. licz ergo p̄ctū habeat q̄ritatē virtutis
 tamen habet vnibilitatem. quia est quoddā p̄fectū in suo ge
 nere. Aliter pōt dici q̄ punctus est simplicissimū in gene
 43 nere q̄tū molis & ideo non est infinitum virtute. charitas autē
 nulla est simplicissima in genere quantū virtualis nisi diuina.
 & ideo illa est infinita. & qm̄ illa non potest augeri per additio
 nem. itē nec virtus puncti. Et si obijciat m̄bi. q̄ vtus puncti
 est creata ergo non est infinita. dōm q̄ puncti est simplicissi
 mum in genere non simpliciter ideo nou habet infinitā virtutē
 tē simpli. sed in ḡnc respectu linear. P̄terea. puncti non est
 oīno actus. sed terminū respectu linear. ideo non habet poten
 tiā actiūā infinitā. sed passiuā. qz nō pp̄rie dicit puncti poss
 se lineas p̄ducere. sed pōt statui terminus linear. & hoc nō est
 incōueniēs ponere in creatura. ideo virtus puncti nō est aug
 mentabilis vt virtus charitatis. Ad illud qd̄ obijciat q̄ q̄to
 44 aliquid est magis cōpositū tāto est ip̄otēt̄. dōm q̄ illud ḡna
 lter intellectū est falsus. p̄pter hoc distiguēdū. q̄ sunt p̄tes
 materiales & sūt p̄tes formales q̄ dāt actū & virtutē totū. Si p̄tes
 igitur magis potest dici per p̄tationē cōsistit partium materialium
 & tunc habet p̄positio veritatē. quia tales p̄tes potius dant
 pati q̄ agere. An q̄to aliqd̄ magis elongat a materia. tanto est
 potentius. Si autē dicitur magis simplex. quia pauciores h̄
 p̄tes formales. siue actiuas. falsus est. qz tunc ignis minor pot
 tētior est q̄ maior. Si r̄pus cōpositus ex paucis virtuosior
 est q̄ ille q̄ constat ex multis. quoz vtrūq̄ falsum est. & ideo p̄
 dicta p̄positio est s̄lt̄ falsa. qm̄ tā charitas p̄teritēs q̄ ad
 uenitēs vtrāq̄ h̄ rōnē actiū. P̄tēt t̄i aliter responderi
 fm̄ veritatē. q̄ charitas augmētata nō est magis cōposita. imo
 magis simplex. & hoc sic patet. qz cōtrario mō est in q̄to molis
 & quāto virtutis. In q̄to molis simplicissimū est minimū vt p̄
 ctus. & ideo in hoc ḡnc q̄tū. accessus ad simplicitatē est p̄ dimi
 nutionē. recessus est cōtrario p̄ additionē. in quāto vero vir
 tis simplicissimū est maximū. & ideo accessus ad simplicitatē
 est p̄ additionē et hinc est q̄ charitas augmētata est purior &
 simplicior & deo similior. Nec videatur hoc incōueniēs. qz ad
 dere puritatē & simplicitatē. & sp̄ialitatē alicui. nō facit recess
 45 sum a simplicitate sed magis accessum. Ad illud qd̄ obijciat.
 vtrū ex eis fiat vnū. Dicūt quidā q̄ sicut diuersa lumina sunt in
 aere distincta et inconfusa. attamē vnū mai' lumen reddūt p̄p̄
 cōcursū i vnū susceptibile. Sic i lumie sp̄iali. qd̄ est gratia vt
 charitas dōm q̄ distincta sunt essentialiter. t̄i vnū maius effici
 unt i mouēdo virtutē li. ar. Sed t̄i illud nō est s̄lt̄. qz distinctio
 lūiarū in aere venit a p̄te originū diuersarū vtputa qm̄ plā sunt
 lūcentia. non sic est in gratia. Et iō dicēdum. q̄ ex eis sit vnū
 46 Ad illud qd̄ obijciat. q̄ se non h̄ in rōne materialis. dōm q̄
 augmētationē dupl̄ cōtingit fieri. Aut per virtutē ip̄i' aug
 mentabilis. vt patet in animalī. & t̄i augmētabile habet se in
 ratione formalis et actiū. augmētāo in rōne materialis & pas
 siuī. Cōtingit augmētū fieri p̄ virtutē extrinsecam. possibilē
 tate sola & vnibilitate existente in augmētabili. & tunc augmē
 tabile. quia imp̄fectū. h̄ h̄ in rōne passiuī. augmētāus. quia
 p̄ficiēs in rōne formalis & cōplectiū. qz dat quāritatē p̄fectam.
 qz obijciat. q̄ vnū nō est in potētia ad aliō. dicēdū q̄ nō
 est in potētia ad cōuersionē. sed est in potētia ad vnionē & po
 tētia ista est in charitate rōne sue ip̄perfectiōis qz est ip̄fecta

est ideo possibilis perfici. & ideo vnibilis rei p̄ficiētī. vnde nō
 habet possibilitatē ad illū qd̄ additur in q̄tū charitas. sed in
 q̄tum imperfecta. & sic patet illud.
Questio. iij. An charitas possit diminui. Et q̄
 sic videt per naturā sui oppositi. sic. B
 Sicut dicit Aug. Vnū charitatis ē cupiditas. vnde & dicit
 q̄ vbi magna cupiditas ibi pua charitas. Et in li. cōfess. Di
 nus te amat qui aliquid tecu amat. qd̄ nō p̄pter te amat. Si
 cōtingit cupiditatē nō t̄m remitti. sed etiā augeri. p̄ p̄trariū cō
 tigit charitates diminui. Ad v̄tē veniale est malū. h̄ nō est ma
 lū nisi qd̄ admit aliquid de bono ergo veniale admit aliquid
 h̄ naturalis habitus est multo maioris inherētie q̄ chari
 tas. q̄ cū veniale admit de bonitate naturali. q̄ et de charita
 te q̄ r̄c. Ad v̄tē docipm̄ oñd̄ p̄ naturā sui subiecti. Quia sicut
 boninē cōtingit p̄ficere. ita retroducere. sed p̄ p̄fectū li. ar.
 cōtingit in nobis charitatē augeri qm̄ ascēditur ad perfectio
 nē. ergo cū cōueniat eisde gradibus redire ad imp̄fectionē cō
 uenit charitatē diminui. Ad v̄tē oē illū qd̄ sui debilitatiōe
 in termino est causa corrupiōis. per sui debilitatiōē citra
 terminū est causa diminutiōis. h̄ li. ar. debilitatiō p̄ auerfio
 nē est causa corrupiōis charitatis. q̄ debilitatiō est sub deo
 est causa diminutiōis. Ad v̄tē hoc ip̄m oñditur per naturā ip
 sius charitatis sic. Opposita nata sunt fieri circa idē. sed aug
 mētus & diminutiō sunt opposita. q̄ si cōuenit charitatē augē
 ri. cōuenit et diminui. Ad v̄tē quod pōt saluari in esse sine con
 iunctione sui ad aliquid. pōt illud ab illo post cōiunctionē sepa
 rari. sed charitas an additionē h̄ cē sine additamēto. q̄ pōt se
 parari. & si hoc ē et diminui. q̄ r̄c. Ad v̄tē charitas est forma
 simplex & vniformis per totū. q̄ quod admit de charitate. q̄
 rōne admit vnā partem. admit et totū. & si hoc ē nūq̄ dimi
 nutur. Ad v̄tē magnitudo charitatis est fm̄ magnitudinem
 diuine influētie. ergo diminutiō eius est per diminutiōē in
 fluētie sed de' non subtrahit influētiā suā nisi offensus
 & non offendit nisi p̄ auerfionē ab ip̄o & cōtemptū. q̄ nō dimi
 nut charitas nisi p̄ p̄ctm̄ mortale. sed hoc nō est aliud q̄ chari
 tate tolli. q̄ r̄c. Ad v̄tē oē illud quod diminuit alterū est illū
 oppositū sed veniale vel cupiditas. siue cōcupiscētia citra deū
 nō opponit charitati. imo ē oīno illi cōtingēs. q̄ nō diminuit
 Ad v̄tē qd̄ diminuit alterū h̄ posse sup̄ illud. sed veniale nō h̄
 posse supra charitatem. quia plus diligit charitas deum q̄ cu
 piditas. t. m. an. q̄ r̄c. Ad v̄tē hoc ip̄m oñditur p̄ impossibile h̄
 modo. Si veniale diminuit charitatē. ergo aliqd̄ diminuit ab
 ip̄a ergo si charitas nō est infinite magnitudinis. ergo venia
 le aliquoties iteratū totā admit charitatē qd̄ falsus ē. Ad v̄tē
 si diminuit charitatē fm̄ substantiā. ergo minuit p̄ctm̄ subs
 tātiale ei debiti. h̄ p̄ctm̄ substantiale est bonū eternū. q̄ venia
 le aliqd̄ aufert de bono eterno. h̄ ablatiō boni eterni i simpli
 citer vt fm̄ partē est pena eterna. q̄ veniale meret̄ penaz eter
 47 nā. qd̄ est contra cōm̄ opiniōem. Si ergo veniale non minuit
 vnū nec aliud. Ad v̄tē dicēdū q̄ circa hoc duplex opinio ē fun
 data sup̄ duplicē opinione p̄cedētē de mō augmētādi chari
 tates. Quidā enī dicūt charitates augeri p̄ imp̄m̄tionē. & est
 imp̄mixtiō maior sit fm̄ maiorē li. ar. habilitatiōē. & fm̄ cō
 p̄cētē diminutiōē. & cōtrario p̄mixtiō p̄ debilitatiōē
 li. ar. & augmētationē cōcupiscētie. dicūt p̄ cōsequēs cā dimi
 nuti fm̄ q̄ auget cupiditas vel cōcupia & debilitat li. ar. et
 hoc est p̄ veniale p̄ctm̄. h̄ qm̄ veniale p̄ctm̄ manēs veniale nūq̄
 toties iterat. q̄ cōcupia auget. ita q̄ aliqd̄ diligit supra de
 um. iō charitas p̄ venialia pōt diminui h̄ nō tolli tollit aut p̄
 mortale qd̄ auget cōcupia supra deū. h̄ h̄ opinio vt supra p̄
 batū est nō h̄ stabile fundamētū. qm̄ stabile augmētū charita
 tis nō venit a li. ar. nec cōcupia. iō nec diminutiō. & p̄ hoc po
 nit̄ alia opinio p̄babilior. q̄ charitas nō minuit̄ s̄balit. & h̄ opt
 nio fundat̄ sup̄ hoc q̄ augmētū charitatis fieri h̄ p̄ additio
 nē vel incremētū maioris influētie. quo supposito dōm q̄ cha
 ritas fm̄ substantiā nō minuit̄ h̄ auget. Et rō hui' sumit a p̄te
 oppositi siue agētis. Nā charitas nō h̄ oppositū nisi mortale
 peccatū. p̄ illud aut nō minuit̄. h̄ tollit. cōcupia aut siue cupi
 ditas & veniale peccatū oppo nunt charitati fm̄ seruoze solu.
 qz simul stāt & substantiāliter sunt sese cōtingētia. Et iō soluen
 dū ad duo prima. q̄ illū aug. de cupiditate & minorē amore h̄
 milit ad illū de veniali diminutiōe. locū h̄ solū q̄tū ad seruo
 zē charitatis. & sic patet duo prima. Sumit̄ & rō q̄r charitas

nō minuitur a parte ipsius subiecti quod est lib. arbi. fm con-
 uersionē ad deū li. autē ar. ad augmentū cbaritatis se dispos-
 nit p̄ habilitatē. similiter ad diminutionem p̄ debilitatē cī
 tra mortale. sed bec dispositio est de cōgruo nō de cōdigno et
 qm̄ deus est prouisor ad miserandū q̄ ad cōdēnandū. et ad dos-
 nandū q̄ ad abstrahendū. binc est q̄ cbaritatē tribuit cū se li.
 ar. disponit de congruo. sed nō abstrahit. nisi qm̄ necessario se
 disponit ad abstractionem. vel subtractionem gratie. hoc autē
 solum est p̄ auersionem. et tunc totū tollit. Et binc est q̄ cbari-
 tas nunq̄ minuit. sed auget q̄ solū de cōgruo pōt se prepara-
 re subiectū ad diminutionē. ¶ Ad illud qd̄ obijcit. q̄ sicut hō
 proficit. ita descēdit frequēter. dicendū. q̄ nō sic diminitur
 p̄ descensum substantialiter cbaritas. sicut auget p̄ ascensum.
 Quod autē obijcit q̄ li. ar. potest totū p̄uare p̄ debilitatio-
 nem et. dicendū q̄ istud falsū est. q̄ forma substantialis oīno
 p̄uatur p̄ dispositionem ad oppositū in termino. nō tū minui-
 tur p̄ dispositionem cītra terminū. ¶ Preterea illud habet locū
 qm̄ dispositio in termino et cītra terminū sunt eiusdē gnis. nō
 sic autē est in pposito. q̄ vna est mortale pctm̄ alia veniale. Su-
 mitur etiā ratio quare nō pōt minui a parte nature sue. ipa ei
 est influentia fm̄ diuinā acceptationē. sed q̄ de acceptet. hoc
 est ab ipso et ita q̄ magis et magis acceptet et ita de sua natura
 potest augeri. q̄ autē minuitur acceptet. hoc non est ex se. ergo
 oportet p̄uenit a uobis. ergo cbaritas de se babz augeri. mī-
 nut vero nō habet nisi a nobis vt supra ostensum est. p̄ nos autē
 non pōt minui. et ideo cbaritati debet augmentū naturaliter.
 ¶ Ad illud ergo qd̄ obijcit. q̄ opposita nata sunt et. dicendū
 q̄ verū est nisi alterū insit p̄ naturā. ¶ Ad illud qd̄ obijcit pōt
 esse sine additōe. ergo separari. dicendū q̄ istud verum est si
 esset aliqd̄ separans. sed uisū est quod separat.

Questio. iiii. et vltima. De augmento cbaritatis q̄
 vel terminū ultra quē non possit augeri. Et q̄ sic ostendit hoc
 modo. Omne qd̄ est in aliquo nō excedit capacitātē ei⁹ in quo
 est. sed cbaritas est in aīa. ergo nō excedit aīe capacitātē. Sz
 capacitās aīe est finita. q̄ oīs potentia finita habet capacita-
 tem finitā. ergo et cbaritas. ¶ Item augmentū cbaritatis at-
 tendit fm̄ quantitatem virtutis. sed quantitās virtutis similis ē
 quantitāti molis. et p̄fectio. Sz in quātitate molis in augmen-
 tando est status. vnde p̄ filosofus. oīm natura cōstantiū ter-
 minus est. et ratio magnitudinis et augmētī. ergo similiter est
 in quātitate virtutis. ¶ Itē augmentū cbaritatis attendit p̄ ac-
 cessionem ad cbaritatē p̄fectā. ergo q̄ semp̄ auget nunq̄ uenit
 ad p̄fectū. p̄fectū autē est cui non est possibilis additio. sed
 cbaritatem cū sit opus dei nō cōuenit p̄fici. dei em̄ p̄fecta sūt
